



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 61. Propositiones ex Libro P. Suaresii decerptæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

nerali, & Lusitano ac Rhenano Provincialibus. Sæc. XVII.
A. C. 1614.

§. LXI.

*Propositiones ex libro P. Suaresii
decerptæ.*

Postea Servinus propositiones, quas Merc. Gall. tom. 10. l. 2.
scandalosas & perniciosas fore dicebat, ex hoc libro depromptas coram
Regiis Ministris exponebat: erant autem præcipue sequentes I. „Papa habet in Reges potestatem directivam pro lib. 3. cap. 23. pag. 376. &
in & in Principes iniquos, incorrigibiles, schismaticos, & pertinaces hæreticos potestate gaudet coercitiva. 377.
II. Nonnulli Principes, etiam Reges Galliæ hanc potestatem agnoverunt, sic Zacharias Papa Childericum Regem, & Philippum Pulchrum Regno privatum declaravit. III. Si defensio sit propriæ vitæ, quam Rex tyrannica gubernatione violenter auferre aggreditur, tunc ordinarie licebit subdito seipsum defendere, etsi mors Principis sequatur, quia si pro vita propria hoc licet, multo magis pro communi bono. IV. Postquam Rex legitime est depositus, jam non est Rex legitimus, & si per vim Regnum retineat, incipit esse tyrannus in titulo. Per hæresin Rex statim ipso facto privatur Re-

Pag. 379. & 380. 382.
lib. 6. c. 4. p. 813. n. 2. & 5.
Pag. 816. n. 6.
Pag. 819. n. 14.
„gno,

Sæc. XVII. „gno, non tamen statim Regno priva-
 Sæc. 1614. „tur, donec per sententiam criminis de-
 „claratoriam condemnetur, post quam
 „poterit tanquam tyrannus a quocun-
 „que privato interfici. V. Pontifex ha-
 „bet potestatem corripienti Reges tan-
 „quam sibi subditos, & de crimine hæ-
 „resis directe punire etiam usque ad de-
 „positionem a Regno, si perfinacia Re-
 „gis, & providentia communis id exi-
 „gat. VI. Pendet Regnum Christia-
 „nissimum a Papa, ut possit non modo
 „consulere, aut consentire, ut Regnum
 „Regem sibi perniciosum deponat, sed
 „etiam cogere, ut id faciat. Post sen-
 „tentiam condemnatoriam Regis de Re-
 „gni privatione latam poterit ille, qui
 „sententiam tulit, Regem privare Re-
 „gno etiam illum interficiendo, si aliter
 „non potuerit, vel si iustitia sententiæ
 „etiam ad hanc poenam extendatur. „
 VII. Propositio hæc: *Papa potestatem ha-*
bet ad deponendos Reges hæreticos & perti-
naces, & animarum saluti perniciosos, in-
ter dogmata fidei tenenda & credenda
 est „ Plures aliæ ejusdem argumenti
 propositiones ex eodem Suaresii libro
 fuerunt decerptæ, quas Servinus eo ex
 capite damnari petiit, quia ex nimia
 conniventia paucis abhinc annis passim
 tam effrænis ejusmodi doctrinas spar-
 gendi licentia invaluit, ut ipse etiam
 P. Lu-

Num. 16.

Pag. 320. n.
17.l. 6. c. 8. p.
344. n. 8.

P. Ludovicus Richeomius Jesuita nuper-
 rime in suo Examine Cathegorico scri-
 bere ausus esset, quod Marianæ doctri-
 na sit in omnibus orthodoxa, & omni-
 bus Ecclesiæ Doctõribus consona.

Sæc. XVII.
 A. C. 1614.

Pag. 219.
 & seqq.

§. LXII.

*Suaresii liber a Parisiensi Senatu car-
 nificis manu discerptus, rogo-
 que addictus.*

Invisum hoc Suaresii opus præcipue
 ulserat Jacobum I. Angliæ Regem,
 qui, cum se maxime illo peti cerneret,
 illud flammis addixit, & apud Philip-
 pum III. Hispaniæ Regem, ut idem fa-
 ceret, pluribus institit: Cautè autem
 Suaresius, dum de plurium Regum
 exauctoratione in variis Regionibus fa-
 cta mentionem fecerat, nullam de quo-
 dam Hispaniæ Rege per Papam exau-
 ctorato exemplum protulit, tacite in-
 sinuans, quod hos a Pontificia, cui
 ceteros Reges subjecerat, jurisdictione
 eximere intenderit, si secus fecisset,
 forte idem cum Baronio fatum subitu-
 rus. Porro provida hæc circumspe-
 ctio tantum Suaresio profecit, ut Phi-
 lippus Rex ad proscribendam hunc li-
 brum nullo pacto induci potuerit, si-
 mulque Theologi, quibus Rex hujus
 operis discussionem commiserat, illud

Juven. hist.
 Soc. l. 12.
 p. 5. p. 88.
 Argentre
 l. c. p. 89.